Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>  Kontakt:<a href="https://www.stiftstams.at/" target="_blank"> Stift Stams</a>   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



dignus. Iube eum laborare et malum [illegible] quia spiritus in deum vivum qui est salvator omnium hominum maxime autem fidelium. Pape hec + dixit. Ne tuo adolescentula tua corrumpatur: sed exemplar esto fidelium in verbo conversatione caritate: in fide: in castitate. Donec venio attende lectioni: exhortationi doctrine. Noli negligere gratiam quam data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbiterii: hec meditare: in hiis esto ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi: et doctrine: illa assiduis. Hoc enim faciens: et te ipsum salvum facies: et eos qui te audiunt. Secundum marcum.

Illo tempore. Egressus inde abiit in patriam suam: et sequebantur eum discipuli eius. Et factum est cum sabbatum cepit in synagoga docere. Et multi audientes admirabantur in doctrina dicentes. Unde huic hec omnia. Et quae est sapientia que data est illi: et virtutes tales quae per manus eius efficiuntur. Nonne iste est faber filius marie. frater iacobi et ioseph et iude et simonis. Nonne et sorores eius hic nobiscum sunt. Et scandalizabantur in illo. Et dicebat illis iesus. Quia non est propheta sine honore: nisi in patria sua. et in cognatione sua et in domo sua. Et non poterat ibi virtutem ullam facere nisi paucos infirmos imposita manibus curavit. Dominica

Adorate deum omnes angeli eius audivit et letata est sion et exultaverunt filie iude. Ps. Dominus regnavit exultet terra letentur insule

Omnipotens sempiterne deus. multe sunt dominationes tuae propitius respice. atque adprehendendum nos cetera sunt tua virtutibus extende. Per dominum.

Fratres: Nolite abominabiles esse prudentes apud vosmetipsos. nulli malum pro malo reddentes. providentes bona: non tantum coram deo. sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod ex vobis est: cum omnibus pacem habentes. non vosmetipsos defendentes karissimi. sed date locum ire. Habetur enim. Mihi vindicta. ego retribuam dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus da illi. Si sitit potum da illi. Hoc enim faciens: carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum.